

padre; mas de los frutos, o de los esquilmos, que ouiesen estos hermanos Catholicos auidos de tales bienes, en el tiempo que los otros eran Hereges, non les deuen dar cuenta, nin ninguna cosa si non quisieren (a).

(a) Véase nuestra nota 2.^a á la ley precedente.

LEX III. — In bonis parentis pro hæretico condemnato succedunt filii catholici, nec in eis faciunt partem aliis fratribus hæreticis; sed si postea filii hæretici convertantur ad finem, habebunt suam partem de bonis parentis: de fructibus tamen perceptis, nullam partem habebunt posteriores. Hoc dicit.

(1) *Los bienes de su padre.* Vide, quæ dixi in l. 7. tit. 7. *Partit.* 6.

LEY IV. — Como el que es dado por Herege, non puede auer dignidad, nin officio publico, mas deue perder el que ante tenia (a).

Dignidad, nin officio publico non deue auer (1), el que fuere juzgado por Herege. E porende non puede ser Papa (2), nin Cardenal, nin Patriarcha, nin Arçobispo, nin Obispo; nin puede auer ninguna de las honrras, e dignidades, que pertenecen a Santa Iglesia. Otrrosi dezimos, que el que atal fuesse non puede ser Emperador, nin Rey, nin Duque, nin Conde; nin deue auer ningun officio, nin logar honrrado, de aquellos que pertenecen a Señorío seglar. E aun dezimos, que si fuere prouado contra alguno, que es Herege, que deue perder porende la dignidad que ante auia (3), e demas, es defendido por las leyes antiguas, que non pueda fazer testamento (4), fueras ende, si quisiere dexar sus bienes a sus hijos Catholicos (5). Otrrosi dezimos, que non le puede ser dexada manda en testamento de otro (6), nin ser establecido por heredero de otro ome. E aun dezimos, que non deue valer su testamento, nin donacion, nin vendida, que le fuesse fecha, nin la que el fiziesse a otro de lo suyo, del dia que fuesse juzgado por Herege (7) en adelante (b).

(a) LL. 3 y 4, tit. 3, lib. 12 de la N. R.

(b) Véase nuestra nota 2.^a á la L. 2 de este mismo título.

LEX IV. — De hæresi damnatus non potest habere honores nec dignitates sæculares aut ecclesiasticas, et habitas perdit, et non facit testamentum nisi inter filios catholicos, nec est capax legati, aut hæreditas, nec valet quicquid disponat à die, quo iudicatus est hæreticus. Hoc dicit.

(1) *Non deue auer.* Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, eum dicit: Item non sunt creandi ministri ecclesiæ, neque alios possunt creare, ut infra eod. l. *omnes*, et supra *de episc. audient* l. *Archigerontes*. Item ad regimen reipublicæ creari non debent, infra *de Julæis*, l. *ultim.* redeuntes tamen ab hæresi, si humiliter redeant, ad pristinam dignitatem de benignitate ecclesiæ restituntur, cap. *conuenientibus*, l. 1. quæst. 7. et cap. *didici*, et cap. *maximum*, et 25. quæst. 4. cap. *ipsa pietas*: de iuris tamen rigore non admittuntur, cap. l. 1. quæst. 7. Item hæretici et filii hæreticorum non possunt obtinere beneficia ecclesiastica, neque publica officia, ut habetur in cap. *quicumque*, §. *hæretici*, et cap. *statutum*, et 2. *de hæret.* lib. 6. cap. *constituit*, 17. quæst. 4. Item neque honoris officia, neque esse medici, neque chirurgi; vide in Pragmaticis, fol. 8. et sequent. Sed quæ dicuntur officia publica? Glos. in dict. §. *hæretici*, dicitur quod iudicatura notoria, et his similia, et allegat cap. *felicitis*, vers. *quod si quis, de pœnis*, lib. 6. ubi vide de aliis officis, vide etiam in dict. pragmat. fol. 7. et 8.

(2) *Ser Papa.* Dixit Gloss. in cap. *et dixit Dominus de consecr.* dist. 2. quod privilegium concessum ab apostolico hæretico, non valet. An tamen valeat sententia hæretici ligantis, vel absolventis subditos? Vide per Gloss. in cap. *quod quidam*, l. 1. quæst. 1. et in cap. *cui est illata*, 11. quæst. 5. et ibi Archidiacon. vide per Innoc. notabiliter in

cap. *nihil est, de elect.* ubi dicit quod omnes qui habuerunt canonicum ingressum, licet postea fiant hæretici, ratum est, quod fit ab eis quousque tolerantur, nisi fortè essent ordinationes, vel consecrationes vel alia spiritualia, quæ quoad executionem irritæ sunt, nisi interveniat dispensatio, vel nisi essent leges vel ordinationes, quæ in ejus opprobrium cassantur, *de hæretic. cap. fraternitatis*: multo fortius cassantur, si à principio non habuerunt canonicum ingressum, ut quia simoniacè, vel per intrusionem, vel schismaticè, vel quia hæreticus vel excommunicatus assumptus est, alienationes et ordinationes ab eo factæ non valent, 12. quæst. 2. cap. *alienationes*.

(3) *Que ante auia.* Adde l. 7. tit. 6. supra ead. *Partit.* et quæ ibi dixi: et dicit Bald. in repet. l. *si lex, C. de emancip. liber.* col. 3. quod si aliquis Rex Christianus fieret hæreticus, quod perdit jurisdictionem, et vacat regnum et concedendum est catholico occupanti.

(4) *Testamento.* Adde l. 16. tit. 1. 6. *Partit.* ubi vide quæ dixi, et in l. 7. tit. 7. ead. *Partit.*

(5) *Catholicos.* Hoc non procedit de iure canonico, cui in hoc standum est, ut tradit Alberic. in l. *cognovimus*, C. eod. et vide quæ dixi in dict. l. 7.

(6) *En testamento de otro.* Etiam militis, l. *fin.* C. eod.

(7) *Por herege.* Imò à die commissi criminis, secundum jus canonicum, cui in hoc standum est, ut in cap. *cum secundum leges, de hæretic.* lib. 6. et tradit Joan. Fab. *Institut. quibus alien. liceat, vel non*, in fine principii, et si hoc sauit lex Partitarum in crimine læsæ majestatis, ut habetur in l. 4. tit. 2. supra, ead. *Partit.* idem et multo fortius in crimine hæresis, cum longè gravius sit æternam, quàm temporalem lædere majestatem, cap. *vergentis*, eod. tit. et C. eod. in authent. *Gazaros*.

LEY V. — Que pena merecen los que encubren los Hereges (a).

Encubren algunos omes, e reciben en sus casas Hereges, que andan por la tierra a furto, predicando, e rebolviendo los coraçones de las gentes, e metiendolas en yerro; e los que esto fazen, yerran grauemente. E porende defendemos (1), a todos los omes de nuestro Señorío, que ninguno dellos non sea osado de recibir a sabiendas en su casa a ningun Herege, nin consienta que muestre, nin predique a otros en ella, nin que se alleguen en su casa los Hereges, para auer su fabla, nin su cabildo: e si alguno contra esto fiziere a sabiendas, mandamos, que pierda aquella casa en que los acogiere para fazer alguna cosa destas sobredichas, e que sea de la Iglesia. Ca guisada cosa es, que aquel lugar do se ayuntan los enemigos contra la Fe Catholica, que sirua a la Iglesia (2), e que se ayuntén y a las vegadas los fieles Christianos, que la creen e la guardan, e la amparan. Pero si aquel que tuuiere en guarda casa de otro, e acogiere y los Hereges, sin mandado, e sin sabiduria de su señor della, maguer fagan y los Hereges las cosas que diximos en la ley ante desta, non deue por esso el señor perder la casa. Ca, pues que lo non sabe, non es en culpa ninguna. E porende mandamos, e tenemos por bien, que el que los recibio, peche porende diez libras de oro a la Camara del Rey. E si non ouiere de que las pechar, que lo açoten publicamente por toda la Villa en el lugar do acaeciè, pregonando el pregonero ante del por que razon le açotan (b).

(a) L. 2, tit. 1, lib. 4 del F. R. — L. 3, tit. 7, lib. 12 de la N. R.

(b) Véase nuestra nota 2.^a á la L. 2 de este mismo título, y ténganse presentes los artículos 44 y 64 del Código penal, con las modificaciones causadas en los mismos por el R. D. de 21 de setiembre de 1848.

LEX V. — Receptans, seu celans in domo sua scienter hæreticos, perdit eam ecclesiæ applicandam: sed si domus est aliena, non perdit dominus ignorans; sed tenens eam solvet Regi decem libras auri; et si non habet unde, publicè flagellatur præcone dicente coram eo causam pœnæ. Hoc dicit.

(1) *Defendemos.* Concordat cum l. *quicumque*, §. *universi*, et §. 3. vers. *quod si qui*, et vers. *eos verò*, C. eod. sed an poterit iudici purgatio, vel hæreticum docere in domo, recipienti hæreticum in domo sua tanquam suspecto de hæresi, vide quæ notat Archid. et Joan. And. in cap. *quicumque*, eod. tit. lib. 6.

(2) *A la Iglesia.* Adde l. *cuncti*, C. eod.

LEY VI. — Que pena merecen los que amparan los Hereges en sus castillos, o en sus tierras (a).

Amparan non deue ningund Christiano a los Hereges en su casa (1), nin en su castillo (b), nin en otro lugar que aya: e los que assi los ampararen, yerran a Dios, e al Señor de la tierra, e dan carrera a los Hereges, de fazer, e de obrar sus maldades. Ca algunos y ha dellos, que dudarian de ser Hereges por miedo de la pena, e non dubdan de lo ser, porque fallan quien los ampare: e porende dezimos (2), que si alguno los acogiere, e los amparare en su tierra, despues que fuere amonestado por sententia de excomunion que diesse contra el algun Perlado de Santa Iglesia, si fuere rebelde, e non obedeciere a la sententia del Perlado, e estuuiere en esta rebeldia por vn año, dende en adelante, mandamos, que sea enfamado por ello, de manera, que jamas nunca pueda tener officio, nin lugar honrrado. E demas desto (3), si fuere Rico ome Señor (c) de tierra, o de algun castillo, pierda por ende el señorío que auia en la tierra, o en el castillo, e sea del Rey; e aun demas desto, que sea echado de la tierra: e si fuere otro ome vil, el cuerpo, e quanto ouiere, este a la merced del Rey, quel faga tal escarmiento, qual entendiè que merece por tal yerro como este (d).

(a) L. 2, tit. 1, lib. 4 del F. R. — L. 3, tit. 1; y L. 3, tit. 7, lib. 12 de la N. R.

(b) Ya no hay personas particulares que tengan castillos, pues son todos del Estado.

(c) Los señoríos han desaparecido completamente en virtud de las disposiciones legales que hemos citado en la nota á la L. 52, tit. 6, P. 1.

(d) Repetimos la nota 2.^a á la ley precedente.

LEX VI. — Nemo hæreticum in terra sua, vel domo sua defendat, aliàs si excommunicatus ab Episcopo per annum contumax fuerit, fit infamis, honores non habiturus: etsi magnus dominus est, terram aut castrum habens, perdit illud Regi applicandum, et expellitur à patria: et si minor fuerit, ejus corpus et bona sunt ad mercedem Regis, ut eum arbitrariè puniat. Hoc dicit.

(1) *En su casa.* Quid si filius receptet patrem hæreticum? Dic quod regulariter filii vel alii consanguinei ex receptione mitius puniuntur, l. 2. C. *de receptor.* Sed fortè hoc non procedet in isto gravissimo crimine hæresis, in quo pro delicto patris filii puniuntur, sicut et in crimine læsæ majestatis, l. *quisquis, ad leg. Jul. majest.* et in cap. *vergentis, de hæretic.* et in cap. *filii*, eod. tit. lib. 6. ita vult Doctor noster de Villadiego in suo tractat. *de hæretic. pravit* quæst. 16. in fine, relinquit tamen super hoc cõsigtandum: et certè in filio receptante patrem hæreticum, majus dubium videtur, quam in aliis consanguineis ex eo, quod habetur Deuteronomii cap. 15. v. 6. 7. 8. et 9. ibi: «si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, sive uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens: Eamus, et serviamus diis alienis, quos ignoras tu et patres tui, cunctarum in circuitu gen-

T. IV.

tium; quæ juxta vel procul sunt ab initio usque ad finem terræ, non acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, et miseris et occultes eum, sed statim interficies; si primum manus tua super eum et postea omnis populus mittat manum; etc. Ponderandum est, quod ibi non dicit aliquid de patre talia persuadente vel dicente, et videas ibi Abulensem: et quod etiam filius revelare possit patrem hæreticum, et prosequi illum, velut hostem fidei et etiam patriæ, satis probatur in l. *minimè*, D. *de religio et sumpt. funer.* et in l. *postliminium*, §. *filii*, et ibi Bart. D. *de captiv.* et per Bart. in l. *si adulterium*, §. *libero*, D. *de adulter.* nascitur enim quis potius Deo et patriæ, quàm parentibus, l. 1. §. *si ea*, D. *de ventre in poses. mittend.* facit textus notabilis cum glossa ibi, in cap. *fortitudo*, 25. quæst. 5. l. *veluti*, et ibi Doctor. D. *de just. et jure*, et Hieronymus super Ezechiel. post Deum diligendur est pater: quod tamen ad hoc teneatur filius, et aliàs puniatur ac si esset extraneus, in hoc, ut dixi, est dubium, et cogitandum, et fortè si pater esset pertinax in hæresi, ita quod filius nihil ad ejus correctionem proficeret, dicendum est, quod filius patrem neque dum non debet receptare, imò et tenebitur revelare; facit quod tradit Tullius lib. 3. *de officiis*, ubi inquirens si pater conabitur tradere patriam, silebit nè filius? Respondet, quod primo obsecrabit patrem, ne faciat, et deinde si non proficiat, accusare debet, et si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponeat salutem patris; tradit Albericus in dict. l. *veluti*, col. penult. et Lucas de Penn. in l. *quicumque*, C. *de cohortal.* lib. 12. et in l. *in filiiis*, C. *de Decurion.* lib. 10. Si verò filius verisimiliter speraret de correctione patris, durum esset tunc eum receptantem patrem ita durè puniri, sicut si receptasset hæreticum extraneum. Tu latius cogita super his.

(2) *Dezimos.* Concordat cum cap. *excommunicamus*, §. *credentes*, eod. tit. ubi vide et alias pœnas in quas incurrit fautor vel receptor hæretici.

(3) *Demas desto.* Tene menti istam legem Partitarum circa istam pœnam, ultra pœnas dicti cap. *excommunicamus*, in §. *credentes*.

TITULO XXVII.

DE LOS DESESPERADOS QUE MATAN A SI MISMOS, O A OTROS POR ALGO QUE LES DAN; E DE LOS BIENES DELLOS (a).

Desesperacion es pecado que nunca Dios perdona a los que en el caen; ca maguer los omes yerran en las maneras que dichas auemos en estos tres titulos, solo que les finque la esperança, pueden ganar merced de Dios. Mas el que en desesperamiento muere (1), nunca puede llegar a el. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de los Judios, e de los Moros, e de los Hereges, queremos aqui dezir de los Desesperados, e mostrar, que cosa es Desesperamiento, e en quantas maneras caen los omes en el, e que pena merecen los desesperados en sus personas, e en sus bienes.

(a) Tit. 5, lib. 6 del F. J. — Tit. 1, lib. 2 del F. V. de Cast. — Tit. 17, lib. 4 del F. R. — Tit. 22 del Ord. de Alc. — Tit. 13, lib. 8 de las OO. RR. — Tit. 21, lib. 12 de la N. R. — Cap. 1, tit. 9. lib. 2 del Código penal de 1848.

TIT. XXVII. DE BONIS EORUM QUI MOTTEM SIBI CONSCIVERUNT; ET DE ASSESINIS.

(1) *Muere.* Nam concomittatur eum finalis impœnitentia, ut tradit Gloss. in cap. *si sacerdos, de pœnit.* dist. 1. et cap. *inter hæc*, et 2. *de pœnit.* dist. 3. debemus ergo moli inter duas molas, spei scilicet et timoris, unde dictum est Deuteronomii 24. v. 6. *Noli pignora superiorem malam neque inferiorem*, ille superiorem pignorat, qui non timet; ille inferiorem, qui ita timet, quod in desperationem cadit, sicut Cain: vide Gloss. in cap. *serpens, de pœnit.* dist. 1.